

ff. 47r. - 53r., 83r. - v., Vindob. hist. gr. 7 ff. 201v. - 204r., Vatic. 2019 ff. 122r. - 124v., sed nulla spes est.

§ 4. VATIC. 640 — chart., ff. 368 (284×208; 216×142), lin. 29, in duo columnas utraque pag. divisa est, ff. 204r. - 206r. exceptis, quod formam scripturae in columna una praebent. Inter ff. 4 et 5 non numerata ff. 3 inveniuntur.

Manus saec. XVI-XVII diversis locis collationem cum codice quodam atque additamenta nonnulla adjecit. F. 368v. notata sunt:

a) + στεφάνο το βλαχνοτη εἰσνηα ἡ μνημῆ.

b) + δωκίμειον του κονδῆλου.

Scriptura codicis saec. XV tribuitur in Hist. II, 373; malim autem hanc cum Zachariae, J. Gr. - R., IV, 51 in saec. XIV referre, praesertim cum in charta ubique latae « vergeures » et notae, a N. Lichačev in opere insigni *Paleograficeskoe značenie bumaznykh vodjanykh znakov ut « tjuk tovarov »* (II, 383; « saucisson » secundum Briquet et « Sitzkissen » secundum F. Keinz), amphora (II, 243), libra (II, 119-120), gladius (II, 282-283), duo circuli cum linea transversa (II, 238) perspicantur.

Codicis descriptionem primus praebuit Assemanus B. I. O., III, 413-414, 423, ex quo hausit Mortreuil, Hist., III, 405; quaedam de eodem codice notata et impressa habes in Hist., II, 223, 372, 373; Spic., IV, 556; Zachariae, J. Gr. R., II, 267; IV, 51 et alibi, ut inferius patebit. Accuratissime illum describendum curavi in Synag., 176, 177-192 sub siglo V₂, codice Parisiensi du fonds gr. 1263 qui eiusdem classis est, sub siglo P₁ collato. Hinc descriptus est cod. Vatic. 2146.

Photographice depicta sunt ff. 1r. - 208r.

Inest codici corpus juris canonici ecclesiae Graecae Constantinopolitanae amplissimum, nomocanonis L titulorum recensionem singularem saeculi XIV (cf. Synag., 176-192) praestans multaque opera gravissimi momenti ad jus et disciplinam ecclesiae spectantia continens.

1) Primo loco, f. 1r. - 4v., invenitur notitia patriarcharum, metropolitaram, archiepiscoporum episcoporumque, quam totam hic transcribere juvabit, cum recensionem singularem ejusdem notitiae praebeat, quae ad notitiam X ed. primum a G. Parthey, Hier. Synecd., 197-224 (e codice Lipsiensi Senatorio Rep. I no. 66. fol. 202-204. saec. XV vel XVI, qui mihi L erit) (1) componendam deservivit, cumque editio princeps haec multis mendis scateat; est haec supplementum necessarium ad edit. H. Gelzer, Ungedruckte und ungenügend veröffentlichte Texte

(1) G. Parthey l. c., 326 notavit cod. Paris. 1356 bombyc. saec. XIV f. 287-288 cum L « fere consentire » et addidit: « In codice desinit haec notitia post τὸ Διούδοιχον (sic). Occurrunt in fine aliquot verba inedita ». Sed H. Omont in Inventario suo t. II p. 23 codicem describens, « ordinem thronorum » ff. 287-295 scriptum memorat. Accuratissimam descriptionem praebuit H. Gelzer, Ungedr. u. ungenügend veröff. Texte der Not. episc. 596-597: « Der Paris. 1356, ein Nomokanon des XIV. Jahrt., 334 Bl., er enthält ff. 287 r. - 288 r. den ersten Theil von Not. X, ff. 288 r. - 290 v. die Ekthesis des Andronikos und ff. 290 v. - 294 v. den zweiten Theil von Not. X mit dem wichtigen Anhang über die Errichtung der Metropole von Halicz ».